


APPENDIX
AD
RITUALE ROMANUM
EX
MANUALI TOLETANO.

*Oratio pro temporis opportunitate
a Sacerdote ad administrationem Sacramentorum secreto dicenda.
Tit. I. cap. un. §. 6. Ipse vero.*

dés-to, Dómine, supplicatió-nibus nostris; et me, qui étiam misericórdia tua primus indígeo, clemé-ter exaúdi; et quem non electi-ó-ne mé-riti, sed dono grátia-e tuæ constituísti hujus ó-peris miní-strum, da fidú-ciam tui mún-eris exsequéndi, atque ipse in nostro miní-sterio, quod tuæ pietátis est, operá-re. Qui vivis et regnas.

*Admonitio in baptismo facienda
pro opportunitate temporis, sicut et alia, quae infra ponuntur.
Tit. II. cap. 1. §. 55. His igitur. Ex divo Ambrosio, lib. De iis qui mysteriis
initiantur.*

Hoc est illud magnum mystérium, quod óculus non vidit, nec auris audívit, nec in cor hóminis adscéndit. (1. Cor. 2.) Aquas vídeo, quas vidébam quotidie: istæ me habent mundá-re: in aquas sæpe descé-ndi, et numquam mundátus sum. Hinc cognó-scce, quod aqua non mundat sine spírítu. Ideó-que legísti, quod tres testes in Baptísmate unum sint, aqua, sanguis et spírítus: quia si unum horum dé-trahas, non stat Baptísmatis sacraméntum. ¿ Quid est enim aqua sine cruce Christi? Eleméntum commú-ne sine ullo sacramé-nti effé-ctu. Nec íterum sine aqua regenerati-ó-nis mystérium est. Nisi enim quis renátus fú-erit ex aqua et Spírítu, non potest intro-ire in regnum Dei. Credit autem étiam catechú-menus in crucem Dómini Jesu, quia et ipse signátur. Sed nisi baptizátus fú-erit in nó-mine Patris, et Fílii, et Spírítus sancti, remissi-ó-nem non potest accí-pere peccátó-rum, nec spírítu-ális grátia-e munus haurí-re. Ergo ille Syrus sé-pties se mersit in Lege: tu autem baptizátus es in nó-mine Trinitátis: confé-ssus es Patrem: recordá-re quid fé-ceris: confé-ssus es Fílium, confé-ssus es Spírítum sanctum. Tene ór-dinem rerum in hac fide: mundo mó-rtuus es, Deo resurrexísti, et quasi in illo mundi es consepú-ltus elemé-nto; peccá-to mó-rtuus, ad vitam es resuscitátus ætér-nam. Crede ergo, quia non sunt vá-cuæ aquæ. Ideo tibi dictum est Quia An-gelus Dómini descendébat secú-ndum tempus in natató-riam, et movebátur aqua, et qui prior descendisset in natató-riam post commoti-ó-nem aquæ, sanus fiébat a languó-re quocúm-que tenebátur. Hæc piscína in Jerosólymis erat, in qua unus

ánnuus sanabátur. Sed nemo ante sanabátur, quam descendísset Angelus: ut esset indicium, quia descendébat Angelus, movebátur aqua propter incredulos. Illis Angelus descendébat, tibi Spíritus sanctus. Illis creatúra movebátur, tibi Christus operátur, ipse Dóminus creatúræ. Tunc curabátur unus, nunc omnes sanántur: aut certe unus solus pópulus christiánus.

Admonitio ex doctrina Romani Catechismi excerpta.

Animadvértite, fratres, ac sério consideráte, quid agátur in præsentia: nimirum sacramentum Baptísmi, dignitáte magnum, ordine primum administráturi sumus, sine quo nemo salutem cónsequi potest juxta Redemptóris nostri vocem, cum Apóstolis dixit: *Eúntes docéte omnes gentes, baptizántes eos in nómine Patris, et Filii, et Spíritus sancti: qui crediderit, et baptizátus fuerit, salvus erit; qui vero non crediderit, condemnábitur.* Per Baptísmum ex aqua et Spíritu sancto regenerámur in novam vitam. Est enim ómnium sacramentórum jánuá; liberátque a malis, quæ vere máxima sunt, exímiis auget bonis. Peccátum omne, tum originále, tum actuále, quantúmvis grave et nefárium, hujus Sacraménti virtúte remíttitur. Neque peccáti tantum reátus delétur aqua Baptísmi, sed et peccátis débitæ pœnæ condonántur a Deo. Anima divína grátia replétur, qua justí, et filii Dei effécti, æternæ vitæ hærédes instituímur, et sumus. Accédit virtútum ómnium comitátus, quæ in ánimam baptizáti una cum grátia infundúntur. Christo per Baptísmum, tamquam membra cápiti, copulámur, atque connéctimur. Unde velut ex fonte, divína virtus, grátia, et bona ómnia dimánant, et ad christiánæ pietátis officia obéúnda hábiles réddimur. Consignámur divíno caractére, tamquam oves Christi: qui cum deléri non possit, hoc præstat, ut sacramentum Baptísmi semel susceptum, répeti non possit, nec dé-

La misma admonicion en lengua vulgar.

Considerad diligentemente, hermanos, qué es lo que aquí hacemos. Celebramos el sacramento del Bautismo, que es en el órden de los sacramentos el primero, y en la dignidad y excelencia el grande, y que sin él ninguna persona puede alcanzar salud, segun la sentencia del Salvador, que dijo á sus Apóstoles: Id, enseñad á todas las gentes, y bautizadlos en nombre del Padre, y del Hijo, y del Espíritu santo: el que creyere y fuere bautizado, será salvo; y el que no creyere, será condenado. Por el Bautismo de agua y de Espíritu santo somos reengendrados en nueva vida. El es la puerta de todos los sacramentos, y libra el alma de los males, que son verdaderos y grandes males, y acrecienta el caudal de los bienes. Porque todo pecado, sea original y el primero, ó sea actual, por grave y enorme que sea, se perdona por la virtud y eficacia de este sacramento; y la virtud de esta admirable agua, no solo quita la culpa del pecado, sino tambien por ella se perdona toda la pena que por él se debía. El alma se llena de gracia divina, por la cual, hechos justos é hijos de Dios, somos nombrados por herederos de la vida eterna. Llégase á estos bienes otro, que es el ornamento de las virtudes, que entra acompañando á la gracia, con que el alma se viste y atavía, y se junta é incorpora el bautizado con su cabeza, que es Cristo nuestro Señor, hecho miembro del cuerpo místico de la Iglesia, en la cual él como cabeza preside; y de allí manan, como de viva y perpetua fuente, la gracia y todos los celestiales bienes; y sale una prontitud y habilidad grande para cumplir todas las obras de la vida cristiana. Y tambien se nos imprime en el alma una señal, como ovejas del rebaño de Cristo, la cual, como no se puede con ninguna fuerza humana borrar, hace este efecto, que el sacramento del Bautismo

beat. Prætérea, quod extrémum est, coeli áditum peccáto interclúsus áperit, ut in illam glóriam ingrési aliquándo, vitam agámus miseriarum ómnium expétem.

Cæremóniæ perficiéndo Baptismo, ex Apostolórum et sanctórum Patrum institutióne adhibéntur multæ et gravíssimæ, ut hæc ipsa, quæ díximus, non verbis tantum significéntur, sed actiόne ipsa véluti subjiciántur óculis, quo tenácius memoriæ adhæreant. Qui baptizándi sunt, ad ecclésiæ fores consistunt, quod indigni sunt, qui domum Dei ingrediántur, priúsqvam turpíssima diaboli servitúte repudiáta, totos se Christi império subjiciant. Dant nómina, ut milites se esse Christi recordéntur. Catechismo instituúntur, ex ipsa Dómini Salvatóris institutióne, ut quod profiteántur, quibus per ætatem licet, intélligant: nam pro púeris respóndent patrini.

Séquitur exorcísmus, qui ad expelléndum diabolum religiósus verbis ac precatiόnibus perficitur. Sal in os immíttitur, ut a peccatórum putrédine liberétur, saporémque is, qui baptizátur, divínæ sapiéntiæ percípiat. Salíva nares et aures liniúntur, cæci exémplo, quem Dóminus jussit óculos luto illíto Síloe aqua (quæ Baptísmum significat) ablúere. Oleo úngitur et Chrísmate, ut athlétam advérsus nequitiæ spíritus, et christiánum, hoc est Christi sectatórem, se esse debere memínerit; eúmque móribus et vita imitétur, ex cujus nómine appellatiόnem accépit. Quid vestis cándida, quid candéla accénsa significent, explicáre non áttinet, res ipsa índicat innocétiæ candórem éxigi, et rectæ operatiόnis lucem. Atque hí quidem Baptísmi

una vez recibido, no se pueda ni deba reiterar. Y finalmente, nos abre la puerta del cielo que estaba cerrada por el pecado, para que entrando en la gloria, gustemos de la vida bienaventurada, ajena de todas miserias.

Hácense ceremonias muchas y graves en la administracion del Bautismo por institucion de los sagrados Apóstoles y santos Padres, porque sus grandezas no solo se signifiquen con palabras, sino con obras vivas que muevan los ojos, y de aquí se impriman mas en la memoria. Los que se han de bautizar se detienen primero á las puertas de la iglesia, porque son indignos de entrar en la casa de Dios, antes que habiéndose despedido de la afrentosa servidumbre del demonio, se hayan juntado al imperio de Cristo. Dan sus nombres para que se acuerden que son soldados de la bandera de Cristo, y profesan su milicia. Son instruidos con el santo Catecismo, segun la institucion de Cristo nuestro Señor, para que entiendan los que tienen edad, qué es lo que profesan, y á qué se obligan: y por los niños, responden sus padrinos.

Síguese el exorcismo, el cual se hace con palabras santas, y oraciones pias y religiosas para lanzar el demonio del ánima del bautizado. Pónesele sal en la boca para que se libre de la corrupcion del pecado, y para que reciba gusto y sabor de la sabiduría divina. Tócanle las orejas y narices con la saliva, á ejemplo del ciego que Cristo nuestro Señor sanó poniéndole lodo hecho con saliva en los ojos, al cual mandó que se los lavase con el agua de Síloe, que significaba el Bautismo. Ungesele con Oleo santo y Crisma, como á luchador, y para que se acuerde que es cristiano, y que en las costumbres y vida debe ser imitador de Cristo, de quien tiene el nombre de cristiano. Lo que significa la vestidura blanca y candela encendida que le dan, no hay para qué decirlo: pues la misma ceremonia lo declara, que es advertir al bautizado, que guarde la pureza y blancura de la inocencia, y la claridad y luz de las buenas y santas obras. Estos frutos

fructus, et hæ cæremóniæ eo explicata sunt, ut quanta devotiõne Baptismus suscipiendus sit, omnes intelligant, et professionis, quam suscepérunt, mèmores, Dei beneficium agnoscant, qui nos dignatus est ad suam sanctam fidem, fontémque Baptismi, nullis nostris méritis, sed sola sua benignitate vocare et adducere: Ipsi honor et glória in sæcula sæculórum. Amen.

Antequam adulti baptizentur, potest Sacerdos eos alloqui hoc modo:

Sacerdos. Frater N, plurimum grátias ágere debes Dómino nostro et Redemptóri Jesu Christo, quod cum esses in ténebris infidelitátis, segregátus ab itinere recto, quod ducit ad vitam, ob suam infinitam misericórdiam dignatus est te vocare ad fidem sanctam cathólicam, sine qua nullus potest salvus fieri. Proinde opus est, ut pénitus ex corde tuo depéllas istam maledictam et detestabilem sectam, in qua háctenus vixisti, et sponte tua, et cum omni devotiõne recipias sanctam fidem cathólicam, et sacramentum Baptismi, proponens fideliter semper et vivere et mori in eadem fide. **R.** Sic, profecto, grátias ago Dómino nostro ob hoc singuláre beneficium: et ex ánimo propono sic facere, et ita me géneré, ipso Dómino favente, et auxiliúm præstante.

Sacerdos. Pœnitet te, et dolórem habes ómnium peccatórum, quibus Dóminum Deum creatórem tuum offendisti, ab eo témpore quo cœpisti uti ratióne, et discernere bonum et malum? **R.** Pœnitet me.

Sacerdos. Ad hæc opus est, frater, ut póstules ab Ecclésia, et a me, tamquam ejus ministro, hoc sacramentum Baptismi, quod est jánuæ ceterórum sacramentórum, nullo compúlsus timóre, vi, ódio, vel amóre, sed dumtáxat ex vocatiõne Spíritus sancti, pro glória Dei, et salute animæ

y effectos del Bautismo, y estas ceremonias habemos aqui declarado para que todos entiendan con qué piedad y devocion se ha de recibir este sacramento: y para que teniendo siempre en la memoria la profesion que en él hicieron, conozcan el beneficio y misericordia de Dios, que nos ha admitido á su santa fé, y á la fuente del Bautismo. sin algunos méritos nuestros, sino por su infinita bondad y benignidad: al cual sea dada toda honra y gloria en los siglos de los siglos. Amen.

Lo mismo en lengua vulgar.

Sacerdote. Hermano N. muchas gracias debéis dar á nuestro Señor y redentor Jesucristo, que como quiera que vos estuviéssis en las tinieblas de la infidelidad desviado del camino real del paraíso, por su infinita misericordia fue servido llamaros á la santa fé católica; sin la cual ninguno se puede salvar. Por tanto es necesario que del todo apartéis de vuestro corazón esta maldita y detestable secta, en la cual hasta ahora habéis vivido, y con gran devocion recibáis la santa fé católica, y el sacramento del Bautismo, proponiendo firmemente vivir y morir en la misma fé. **Resp.** Por cierto, yo doy muchas gracias á Dios nuestro Señor por esta singular merced: y de entero corazón propongo hacerlo así, dándome su divina Majestad para ello su favor y ayuda.

Sac. Pésaos, y teneis dolor de los pecados con que habéis ofendido á Dios nuestro Señor y criador, desde la hora que tuvisteis uso de razon, y supisteis conocer lo bueno y lo malo?

Resp. Si me pesa.

Sac. Ademas de esto es necesario, hermano, que pidáis á la Iglesia, y á mí, como ministro suyo, que os dé el sacramento del Bautismo, que es puerta de los demas sacramentos, no movido por temor ó fuerza, ódio, ni amor, sino por llamamiento del Espiritu Santo, para gloria de Dios, y salud de vuestra alma;

própriæ; desiderans ex toto corde vivere sub obediéntia Dei, et sanctæ Ecclésiæ.

R. Reverende Pater, minister Christi Jesu, ego quidem nihil aliud cupio, nisi glóriam Dei et salutem animæ meæ. Quare te oro et obtéstor, ut mihi adminístres sacrum Baptisma, doceásque quómodo cónsequi possim vitam ætérnam.

Peracto sacramento Baptismi. Sacerdos alloquitur patrínos, dicens:

Animadvertite, quod múnere vestri est habere hunc spiritualem filium perpétuo commendatum, et in iis, quæ ad christiánæ vitæ institutiõnem spectant, diligénte curare, ut talem se præbeat, qualem eum futurum hac solémni actiõne spondistis. Docete etiám eum, ut castitatem custodiat, justitiam diligat, caritatem teneat; et ante ómnia Sýmbolum et Oratiõnem dominicam, Decalogum, et cetera rudiménta fidei sciat. Cognatiõne etiám spirituáli cum baptizato hoc, et ejus patre et matre devincti estis; ita ut legitima nuptiárum fœdera inire posthac non possitis.

deseando de todo corazon, y teniendo propósito de vivir debajo de la obediencia de Dios y de la santa Iglesia.

Resp. Reverendo Padre y ministro de Jesucristo, no es otro mi deseo, sino el de la honra de Dios, y de salvar mi alma: por tanto os pido y requiero que me administreis el sacramento del Bautismo, y me enseñeis cómo pueda conseguir la vida eterna.

Que vuelto en romance, dice así:

Advertid, que á vuestro oficio pertenece tener toda la vida por encomendado á este vuestro hijo espiritual, y procurar con diligencia, en lo que toca á la institucion de la vida espiritual, que se haya a siempre de tal manera como vosotros lo teneis prometido por él en este acto del Bautismo. Enseñadle tambien que guarde castidad, ame la justicia, tenga caridad: y ante todas las cosas que sepa el Padre nuestro, el Credo, el Decálogo, y todo lo demas contenido en la doctrina cristiana. Considerad tambien, que con este bautizado y con su padre y madre, habéis contraído parentesco espiritual; de suerte, que no podrá haber entre vosotros legítimo matrimonio.

FORMA ADMONITIONIS PŒNITENTI FACIENDA,

in ipsa confessione, pro temporis opportunitate, qua explicantur effectus sacramenti Pœnitentiæ.

Ex libro de vera et falsa pœnitentia, qui tribuitur D. Augustino. Tit. III. cap. 1.



Quantum sit appetenda grátia pœnitentiæ, omnis auctoritas declarat, omnis bonórum vita conátur ostendere: languóres enim sanat, leprósos curat, mórtuos súscitat, vítia fugat, virtútes exórnat, mentem munit, et róborat: ómnia sátiat, ómnia reíntegrat, ómnia lætíficat; sanitátem auget, grátiam consérvat. Claudis gressum, áridis cópiam, cæcis restítuit visum: téperat succéssus, constringit ímpetus, moderátur excéssus. Ignórans se, per hanc se recognóscit; quærens se, per hanc se ínvenit. Hæc est, quæ hómines ad Angelos ducit, et creatúram reddit Creatóri. Ista ovem pèrditam monstrávit quærenti: et décimam drachmam óbtulit anxíanti. Hæc dissipatórem filium ad patrem redúxit, et vulnerátum a latróribus custódi curándum reservávit. In hac omne bonum innítitur: per hanc omne bonum conservátur: fugat ténebras, índucit lucem, éxcoquit ómnia, ipsa ignis consúmens. *Et ínferius.* Quem ígitur pœnitet, omníno pœniteat, dolórem lácrimis osténdat, repræséntet vitam suam

Deo per Sacerdotem: prævéniat iudícium Dei per confessiónem. Præcepit enim Dóminus mundátis, ut osténderent ora sacerdotibus, docens corporáli preséntia confiténdá peccáta, non per scriptum manifestándá. Ipsi enim Sacerdotes plus jam possunt proficere, plus confiténtibus párcere: quibus enim remittunt, remittit Dóminus: Lázarus, de monuménto jam suscitátum, obtulit Dóminus discipulis solvéndum: per hoc osténdens potestátem solvendi concessam Sacerdotibus. Dixit enim: Quodcúmque solvéritis super terram, solvétur et in coelis: hoc est: Ego Deus, et omnes órdenes cœlestis militiæ, et omnes sancti in mea glória laudant vobiscum, et confirmant quos ligátis et solvitis. Non dixit, quos putátis ligáre et solvere, sed, in quos exercétis opus justitiæ aut misericórdiæ: ália autem ópera vestra in peccátos non cognosco. Quare qui confitéri vult peccáta, ut invéniat grátiam, quærat Sacerdotem sciéntem ligáre et solvere: ne cum négligens circa se exstiterit, negligátur ab illo, qui eum misericórditer monet, et petit; ne ambo in fóveam cadant, quam stultus evitáre nóluit.

Admonitio ex doctrina Romani Catechismi excerpta.

Quantum sit pœnitentiæ Sacraméntum, quantum divínæ benignitati pro hoc beneficio debeátur, frater, illi solum intélligunt, quibus turpitúdo peccáti perspécta est, et quam grave sit Dóminum Deum suum dereliquisse, atténta mente considerant. Sane non fecit táliter omni natióni, cum Ecclésiæ Sacerdotibus remitténdi peccáta fecit potestátem. Itaque próderit tibi, in ea re mentis óculos defigere, et ex divínæ Scripturæ cognitióne repétere, paucióra sæpe, et minóra peccáta, quam quibus obstrictus venis, severíssimis pœnis esse vindicáta. Atque illud cógita, te per peccátum mortále ex filio Dei, diaboli mancipium evasisse; et qui per grátiam Baptismi indútus eras cróceis, nunc amplexátum esse voluptátum stercora. Dole scilicet, qui delicátis cibus nutritus eras, domo patérna prófugum, cibo porcórum vesci. Hæc et simília, quæ multa fáciie occúrrunt, si ex ánimo perpéndas, dolor ille consequétur, qui est áditus ad salutem, primaque e tribus pœnitentiæ pars. Qui quo major fúerit, eo ex hoc sacramento majórem utilitátem percípies. Vere enim de pœnitentiá illud dici potest, ejus radices amáras, fructus suavíssimos esse. Par équidem erat

La misma admonicion en lengua vulgar.

Cuán grande bien sea el sacramento de la Penitencia, y cuántas gracias debemos dar á la divina benignidad por este admirable beneficio, aquellos solamente lo entienden, hermano mio, que conocen la fealdad y torpeza que tiene el pecado, y que consideran atentamente cuán grave cosa sea haber ofendido á su Señor y á su Dios. Con ninguna nacion usó jamás esta liberalidad de dar poder á los sacerdotes de su Iglesia para perdonar pecados. Os será de gran fruto y utilidad para esta consideracion revolver en vuestra memoria algunos pecados que cuenta la divina escritura, menores que los que vos habeis cometido, y cómo con severísimas penas fueron castigados. Pensad tambien, cómo por el pecado, os hicisteis de hijo de Dios, esclavo del demonio: y cómo estando por la gratia bautismal vestido de púrpura, ahora habeis abrazado el estiércol de vuestros delcites. Doléos gravemente, pues estando criado con manjares regalados, alejado de la casa de vuestro Padre, ós abatisteis á comer manjar de puercos. Estas consideraciones y otras semejantes, que, si las quereis buscar, fácilmente se os ofrecerán, os harán tener aquel dolor, que es puerta para la salud, y la primera parte de las tres de la Penitencia. Cuanto mayor fuere, tanto mayor fruto y utilidad recibireis del sacramento de la Penitencia, de la cual verdaderamente se dice, que sus raices son amargas y el fruto dulcísimo. Bueno fuera que la estola blanca que recibisteis en el Bautismo, la conserváreis limpia y sin

stolam cándidam, quam in Baptismo suscepísti, impollútam conservásse: id quóniam íntegrum non est, quasi facto naufrágio, pœnitentiæ tábulam árripe, certus nullum esse tam grave peccátum, quod non ejus virtúte, semel íterum, et sæpe deleátur. Quocírca cum magna consequéndæ véniæ spe debes accédere: fidélis est enim, qui dixit: Si ímpius égerit pœnitentiám ab ómnibus peccátis suis, víta vivet, et non moriétur: ómnium iniquitátum ejus, quas operátus est, non recordábor ámplius. Verum ut majóri alacritáte pœnitentiæ labórem suscipias, hujus sacraménti effectus considera. Per pœnitentiám peccátórum reátus deléntur: pœna ætérna, quæ mortáli crimini debétur, remittitur pœna temporáli: pro dolóris et contritiónis mensúra, grátia et virtútes infundántur: paradísi áditus reserátur: consciétiæ tranquillitas accédit cum summa spíritus jucunditáte: cautióres evádimus ad vitánda deinceps peccáta: fortióres ad sustinéndos superandósque dæmonis ímpetus: hujus vitæ labóres fáciie tolerántur, quos vere pœnitens ultro étiam provocábit et sumet, ut divínæ majestáti satisfáciat, novámque inchoábit vitam, qui est præcipuus pœnitentiæ fructus. Et quod te hortor ex ánimo fácere, ne, si quæ destruxísti, íterum ædífices, divínæ legis prævaricátor evádas, tantíque ímmemor beneficii, qui tóties invitátus es, et a morte ad vitam revocátus grátia et benignitáte Jesu Christi, qui cum Patre et Spíritu sancto vivit et regnat in sæcula sæculórum. Amen.

mancha: mas pues esto no lo hicisteis, como quien ha padecido tormenta y dado al través, acogéos á la tabla de la Penitencia: estando cierto, que no hay pecado tan grave y enorme, que con su virtud no se perdone una, dos, y aun muchas veces. Por lo cual habeis de llegar á los pies del Sacerdote con gran esperanza de alcanzar perdon. Fiel y verdadero es él que dijo: Si el malo hiciere penitencia de todos sus pecados, vivirá y no morirá: y de todas las maldades que ha cometido non tendré mas memoria. Y para que con mas alegría y contento recibais el trabajo que trae consigo la Penitencia, considerad los admirables y dulces efectos de este sacramento. Por la Penitencia se os quita el reato de las culpas: la pena eterna, que se debe por castigo del pecado mortal, se muda en la temporal: á la medida de la contricion y dolor se infunde en el alma la gracia y las virtudes: ábrese la puerta del paraíso: adquiere paz y tranquilidad en la conciencia con una grande alegría de espíritu: salimos mas avisados y cautos para evintar de allí adelante la ofensa de nuestro Señor; y mas fuertes para sufrir los ímpetus y acometimientos del demonio: fácilmente llevamos los trabajos de esta vida, los cuales, el que es verdaderamente penitente, de su propia voluntad pusea y recibe, para satisfacer con ellos á divina Majestad. Y así comenzará á vivir una vida nueva, que es el principal fruto de la Penitencia: la cual os pido, hermano mio, que hagais muy de veras, para que no torneis á edificar lo que derribásteis, como transgresor de la ley que profesais, y como hombre olvidado de tan saludable y admirable beneficio, habiendo sido tantas veces convidado con él, y vuelto de muerte á vida por la gracia y benignidad de nuestro Señor Jesucristo, el cual con el Padre y con el Espíritu Santo vive y reina por los siglos de los siglos. Amen.

Circa cæremonias in Confessione adhibendas. Tit. III. cap. 1. §. 10.

Pœnitens coram Confessario genuflexus faciat signum crucis cum pollice manus dexteræ, in fronte, ore et pectore dicens Per signum † Crucis de inimicis † nostris libera nos †, Deus noster. Et producens íterum signum crucis manu dextera a fronte ad pectus, et a sinistro humero ad dexterum dicat: In nómine Patris, et Filii, † et Spíritus sancti. Amen.

Similiter etiam Confessarius muniat se signo crucis, et statim pœnitens dicat:

Confiteor Deo omnipotenti, beatæ Mariæ semper Virgini, beato Michaëli Archangelo, beato Joanni Baptistæ, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, ómnibus Sanctis, et tibi, Pater, quia peccávi nimis cogitatione, verbo, et ópere (*percutit sibi pectus dicens*) mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beatam Mariam semper Virginem, beatum Michaëlem Archangelum, beatum Joannem Baptistam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, omnes Sanctos, et te Pater, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

Yo pecador me confeso á Dios todopoderoso, á la bienaventurada siempre virgen María, al bienaventurado San Miguel Arcángel, al bienaventurado San Juan Bautista, á los santos Apóstoles San Pedro y San Pablo, á todos los Santos, y á vos, Padre, que pequé gravemente con el pensamiento, palabra y obra por mi culpa, por mi culpa, por mi gravísima culpa. Por tanto, ruego á la bienaventurada siempre virgen María, al bienaventurado San Miguel Arcángel, al bienaventurado San Juan Bautista, á los santos Apóstoles San Pedro y San Pablo, á todos los Santos, y á vos, Padre, que roguéis por mí á Dios nuestro Señor. Amen.

Advertenda Confessario.

Deinde audiat confessionem illius attente, notans circumstantias, numerum et gravitatem peccatorum. In progressu confessionis nequaquam pœnitentem deterrebit, quin potius animum addet, et omnem occasionem vitiosi pudoris auferet, ut libere peccata sua detegat. Ubi pœnitens dixit peccata, Sacerdos adjiciat, si opus fuerit, nonnullas interrogationes, juxta pœnitentis qualitatem. Videat etiam, utrum sit aliquid restituendum, ut si de re, vel existimatione proximi detraxerit. Nemo enim absolendus est, nisi prius, quæ cujusque fuerint, restituere polliceatur: quod si promissa non exsolverit, cum facultatem habeat satisfaciendi, cogendus est, ut restituat prius. Deinde peccata objurget, ita tamen, ut ad spem misericordiæ leniter et suaviter peccatorum ducat, eumque ad peccatorum detestationem, et novæ vitæ emendationem diligenter excitet. His actis, satisfactionem, seu penitentiam, secundum mensuram delicti, aut peccatorum gravitatem, injungat, et illa opera imponantur, quæ sui natura dolorem et molestiam afferant. Ad tria autem hæc referuntur, orationem, jejunium, et eleemosynam: nonnumquam etiam significabit, quæ pœnæ quibusdam delictis ex veterum canonum (qui pœnitentiales dicuntur) præscripto statuuntur.

De interdicto, cessatione a divinis, et excommunicationibus plura hic adjiciuntur, ut Sacerdos illa habeat in promptu, ut melius quid in his agere debeat, facilius videat.

Aliquando propter inobedientiam interdicti¹⁾ solent urbes aut oppida, aut ecclesiæ particulares; aliquando persona, vel personæ. In locis generaliter interdictis (quod frequentius accidit) quotidie in ecclesiis et monasteriis Missæ et alia officia celebrari possunt, sicut prius, cum moderatione (cap. Alma mater); videlicet submissa voce, januis clausis, non pulsatis campanis, et exclusis excommunicatis, et interdictis, qui non habuerint privilegium, ut divinis officiis intersint. Potest etiam diebus Dominicis cum eodem moderamine aqua benedici, et ea populus adspergi.

In festivitate Natalis Domini,²⁾ Resurrectionis, Pentecostes, et Assumptionis beatæ Mariæ divina celebrantur alta voce, januis apertis, exclusis excommunicatis, et admissis interdictis, dum tamen ii, propter quos positum est interdictum, non appropinquent altari. Et dies festus incipit a vesperis vigiliæ usque ad festi com-

¹⁾ De sentent. excommunicat. in 6.

²⁾ Dic. c. Alma mater, De sent. excom. in 6.

pletorium exclusive. Idem¹⁾ permittitur in festo Corporis Christi, et tota octava: eisdem diebus aqua solemniter potest benedici et adspergi; panes et fructus benedici, et administrari; benedici virgines, calices, etc.

Tempore interdicti generalis, cessante privilegio, non datur Extrema Unctio²⁾ infirmis, neque clericis, neque laicis; nec defunctis ecclesiastica sepultura, præterquam clericis, qui servaverunt interdictum: nec fit³⁾ ordinatio ministrorum ecclesiæ, sacramentum⁴⁾ Matrimonii celebratur; non tamen benedictiones nuptiales.

Conceditur sacramentum Baptismi et Confirmationis, tam⁵⁾ parvulis⁶⁾ quam adultis,⁷⁾ cum omni apparatu, et solemnitate; conficitur Chrisma in die Cœnæ Domini:⁸⁾ Pœnitentiæ sacramentum datur non solum morientibus⁹⁾ et infirmis, sed etiam sanis,¹⁰⁾ qui non fuerint excommunicati, neque fuerint causa interdicti sua culpa, neque consilium, favorem, aut auxilium præbuerint delicto, ob quod fuit positum.

Conceditur Eucharistia seu Viaticum existentibus in mortis¹¹⁾ periculo, et potest portari cum lumine et campanula, et ostendi in reditu (ut moris est), et possunt annuntiari indulgentiæ comitantibus sacramentum. Non prohibetur benedictio mensæ, nec precatio, sive oratio, dum pulsatur ad Ave Maria: nec prædicatio verbi Dei:¹²⁾ licet etiam excommunicare, et excommunicatum absolvere, absque solemnitate sacerdotali. Nec prohibentur interdicti adorare Hostiam, nisi cum divina officia actu celebrantur.

Ritum absolvendi populos ab interdicto, et aliis ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis vide post finem hujus Appendixis.

De cessatione a divinis.

Aliquando cum obedientia non est præstita excommunicationi aut etiam interdicto, addi solet cessatio a divinis. Tunc autem litteræ, quibus indicitur, bene considerandæ sunt, et secundum eas judicandum: quia ligant quantum iudex expressit, et non amplius. Et dividitur in generalem, quæ imponitur loco universali, ut provinciæ, civitati, oppido, aut toti parochiæ: et in particularem, quæ imponitur loco particulari, aut alicui ecclesiæ particulari.

In cessatione prohibetur celebratio divinorum officiorum, etiam januis clausis, et administratio sacramentorum, præter illa, quæ subjiuntur. Singulis hebdomadis licet semel celebrare ad renovandam Eucharistiam, uno tantum ministro præsentem.

Baptismus, Confirmatio, et sacramentum Pœnitentiæ conferuntur omnibus: Unctio extrema nulli: ecclesiastica sepultura omnibus interdicatur. Clerici tamen possunt in cœmeterio sepeliri cum silentio, cessantibus omnibus solemnitatibus. Eucharistia defertur tantum infirmis cum pompa, sed non dicitur officium ordinatum. Divinum officium singuli, qui alioquin tenentur, recitare debent, sed sine socio.

Cessatio non est censura,¹³⁾ quemadmodum est interdictum: et qui violat cessationem a divinis, non est propterea irregularis: et qui privilegium habet audiendi divina officia tempore interdicti, non ei suffragabitur, ut tempore cessationis audire

¹⁾ Priv. Martini V. et Eugenii III. in suis extravag.

²⁾ Cap. Quod in te 11. Pœnit. et remis.

³⁾ Dict. c. Quod in te.

⁴⁾ Glos. recept. in cap. fin. de sent. excom. in 6.

⁵⁾ C. Responso 43. de sent. excom. etc. Quoniam eod. tit. in 6.

⁶⁾ C. Non est 11. de sponsal.

⁷⁾ Dict. c. Quoniam.

⁸⁾ Dict. c. Quoniam.

⁹⁾ Dict. c. Non est.

¹⁰⁾ Dict. c. Alma mater.

¹¹⁾ Glos. recept. in dict. c. Alma mater.

¹²⁾ Dict. c. Responso 43. de sentent. excommun.

¹³⁾ Arg. cap. Qua in re, de pœnitent. et remissionibus.